2 O. Ob. 7 Exeo, quod Theologia sit subalternata. Theologia debet posse simul stare cum sua subalternante, & exigit connexionem cum sua subalternante: atqui Theologia non potest simul stare; quia iuxta Apostolum cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod est imperfectum. 2 si alicui habenti opinionem adveniat scientia, hic desinit opinio: ergo si adveniat visio Beata, desinet Theologia. 3 obiectum scientiae subalternantis debet clarius patere quam obiectum scientiae subalternatae; quia hoc debet accidentale differentiam afferre ad obiectum subalternantis: sed hoc non verificatur in Deo, qui est simplicissimus: ergo. 4 scientia Beatorum se debet ut habitus principiorum sed ipse habitus non est subalternans, alias esset scientia huius etiam subalternata: ergo. 5 scientia subalternans debet dicere propter quid de principiis subalternatae, quae sunt articuli fidei: sed hi articuli non sunt demonstrabiles: ergo Theologia Beatorum non est subal-ternans. R. ad 1um, textum Apostoli intelligendum esse, quod evacuetur quod est imperfectum, si hoc repugnet perfecto, et debet connexionem, ut est imperfectum, & sic non potest connexionem Theologia in hoc statu, quatenus est inevidens, sed cum proposito hoc statu; adeoque evacuatur quantum ad statum, non autem quantum ad speciem. ad 2 non est paritas nam opinio positive formidolosa est, ita ut non possit deponere formidinem, ita ut maneat opinio: at Theologia tantum negative est inevidens, ita ut possit deponere inevidentiam, & tamen maneat scientia. ad 3 dico, quod ipsa differentia accidentalis tantum spectetur in actibus naturales habentibus obiectum finitum & limitatum, non autem si obiectum sit illimitatum & infinitum ut constat ex Haurm. philosoph. n. 769. Et poteris dicere, clarius patere obiectum Theologiae Beatorum quam pleraque videntur per lumen gloriae quam per fidem in via. ad 4 dico, quod Theologia nostra

© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII65/0024
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg